



HAGANOAE IOHANNES SECD  
rius excudebat. Anno. M. D. XXVIII.  
Mense Augusto.









# HELII EO

BANI HESSI POETAE

Elegiae Tres.

De Schola Norica, ad Bartholomeum Bacchiū

In Auspicio Scholae propositum Carmen.

In Invidiū quo intentatae Calumniae respondet.

## INVIDIAE.

Hic oculis opus est iterum tibi Liuide, si qua  
Dentibus occurrat praeda parata tuis  
Sed puto, ni rodas tua pectora, ut ante solebas.  
Hic miser extrema consiācere fame.



13922



AD BARPHTHOLOMEVM BACCHI

um Ciuitatis Iochimicarum Vallium ab Epistolis  
de Schola Noria, Eobani Hefsi carmen.

**C**Lare uir, & nostro diu dignissime uersu  
Ingenio felix Barpholomee tuo  
Verus amor, sincera fides, & recta uoluntas  
Talem te nobis, qualis es, esse docent  
Qui licet infida distemus sorte locorum  
Parte simul nostri nobiliore sumus  
Sicut enim speculum reddit simulachra renidens  
sic animi faciem littera testis habet  
Littera tenobis primum tua fecit amicum  
Me tibi coniunctum littera nostra dedit  
Gratulor oblatumq; libens amplector amorem  
Cuius in hoc nullus pectore finis erit  
Nam tua sic pietas & libera facta merentur  
Non tantum nostro tempore digna legi  
Scribis ut indicijs cupias cognoscere nostris  
Nuper ut hic cœptæ sit noua forma Scholæ  
Ne teneam cupidas longis ambagibus aures  
Accipe complexu plurima facta breui  
Hic ubi flauentes uiridis Pegnesus arenas  
Aestuat & fluuio Noria rura scat  
Lauriger ipse locum Musis delegit Apollo  
Quam placidum constat non habuisse prius  
Namq; ut erant toto superantibus orbe fugatæ

Hospibus, et profugis nemo ferebat opem  
Constituant mœstæ procul in Pegneside ripa  
Ausâ loâ quædam quærere nomen erat  
Norici, Phœbus ait, sita sunt hic mœnia, per quæ  
Pegnesus placido labitur amne grauis  
Hic propere audito Pegnesi nomine, Musis  
Credita laurigeri Peneos unda fuit  
Nec mora littorea contextis fronde coronis  
Carmina populifer conant ista chorus  
Hic domus, hic requies, hic sunt Peneia Tempe  
Hospitium nostræ sit locus iste fugæ  
Audijt ipse loâ Genius, subitoq; uolentes  
Quod datis accipimus, nam placet, omen, ait  
Dixit et ingenijs Musarum immisit amorem  
Quæ populi curas huius et urbis agunt  
Nunc igitur satis Vrbs Norici ducta benignis  
Hospitio Musas liberiore fouet  
Fœliam populum si quo modo pectore cœpit  
Hoc studijs pergit consuluisse bonis  
Pergit, et hoc animo tantos instaurat honores  
Deserat ut nunquam quod bene cœpit opus  
Namq; nec abiectæ hic triuijs popularibus artes  
Musica nec uili pro stipe castra merent  
Prouida delegit uenerandi cura Senatus  
Tam qui recta sciant, quam docuisse queant  
Et si non sumo mihi nominis huius honorem  
Hic tamen et laudis pars habet ista locum



Et quia multa cupis, nec possumus omnia, saltem  
Dum licet ex multis pauca referre libet  
Nam quod ad ingenij cultum uitaq; tenorem  
Pertineat, possis dicere abesse nihil  
Quis neget eximium, magniq; per omnia fructus  
Munera linguarum perdidisse trium?  
Demus ut hoc, Rhomana parum est nouisse nego  
Quamquam ô, sed libitum sit potiora sequi  
Hic licet Argolicos herbis spirantibus hortos  
Intrare, atq; auida diripuisse manu  
Sed tibi nec fuerit fama hæc Ioachime pudori  
Laus ea, seu nolis, est tua, siue uoles  
Sicut & Hæbreæ qui tradunt commoda lingue  
Parte bona laudum qua ueherentur, erat  
Ipse ego, cuius habet Germania scripta legitq;  
Tot modo, siue aliqua est, siue ea fama nihil  
Ipse ego qui calamo primus rude carmen agresti  
Teutonicis lusi, temporibusq; meis  
Quem nunc carminibus Nymphæ Pegnesidos oræ  
Lassantem resonis plectra canora, stupent  
Gratulor huc fati me sic uoluentibus actum  
Qua Musæ spiret lenior aura meæ  
Vnde loco forsan nestitor exeat olim  
Ingenij siquidem uestis egere uides  
Atq; utinam tales habuissem semper amicos  
In studijs quales obtulit iste locus  
Nunc tamen, ut quod opus cœpit mea Musa sequatur

*Munere nascentis fungor & ipse scholæ  
Carmina Minciadis mediator diuina poetæ  
Non tantum pueris carmina digna legi  
Tum, si fata ferant, uictura poemata pango  
Multa, legenda breui, sicut & ista legis  
Viucere sic igitur dum post mea fata laboro  
Dum cõlo surgentem nomine reque Scholam  
Rhethoricos alij campos & amœna uireta  
Lustrantes, cupidis florca fecta legunt  
Quæ studiosa sui defert Ciaronis honori  
Nunc numeris pubes talibus ausa loqui  
Hic tibi, grammaticæ quid enim præcepta moremur?  
Pulchre est è septem culta secunda soror  
Callida diffiales Dialectica soluere nodos  
Nec minus occultas tendere docta plagas  
Hanc prius insani misere affligere Sophistæ  
Reddita sed cultu nunc meliore nitet  
Quam nunc nostra tibi debet Rotinge iuuentus  
Miale, nec nostræ tu reticiendæ cheli  
Sed memor ista pium nobis peperisse Philippum  
Commoda, dissceream si tacuisse que am  
Hic monstrant uario scrupulosa mathemata flexu  
Quicquid opus rerum totius orbis habet  
Quorum cum studiosa sua sit sponte iuuentus  
Norica, præcipuus debuit esse labor  
Ergo seu ratio stellarum incerta uagantum  
Seu uagus instabilis te mouet ordo rotæ*



Deuia multiplas uis nosse uolumina sphaerae  
Vis maris & terre, nomina regna uias  
Differeam si te nostram quæsisse palestram  
Poeniteat, tam sunt omnia certa tibi  
Tam uir ad eximias æu factus contigit artes  
Pene Syracusum uicerit arte senem  
Et nisi in hoc uersu non sit tritabile nomen  
Illius haud quaquam præteriturus eram  
Nec tibi sanctorum deerunt mysteria uatum  
Quicquid & ad Christum littera sacra docet  
Queris an historica sit & hic locus, est quoque, si qua  
Nomina res Mædum regis habere putas  
Fortis Alexandri siquidem nos facta docemus  
Forſan & a Quinto Liuius alter erit  
Viuenti præcepta petis? Cicerone diserto  
Qui melius posset scribere, nemo fuit  
Viuenti præcepta loquor ciuilia uerum  
Tu monstras uerae Christe salutis iter  
Præterea studia exercet sibi tradita pubes  
Pectora quo uirtus æmula semper agat  
Nunc etenim filo connectunt uerba pedestri  
Nunc eadem certa conditione ligant  
Omnia quis uolet? & si persequar omnia dicam  
Plus quam debuerim complacuisse mihi  
Sed mihi nec placeam, tibi nec placuisse laborem  
Omnia in scripto sunt potiora meo  
Quod nisi mens alias fallit præſaga futuri

Hæc Schola Germanæ gloria laudis erit  
Hoc superum Rex ipse uelit succedere Christus  
Scmina qui studijs talibus ista dedit  
Qui tales animos in Norica pectora misit  
Inceptam meritis augeat ille Scholam  
Viue Vale, pars nostræ animæ, charissime Bacchi  
Neque tuos inter quemlibet esse sine

IN AVSPICIO SCHOLAE PRO  
positum Carmen, Recognitum & nonnihil auctum.

**V**T tibi æu reducẽ monstrant hæc secula Christiũ  
Illius & clara dogmata lucẽ nouant  
Sic studijs adimunt reparatum nuper honorem  
Musarum & totas depopulantur opes  
Cernis enim quantis oppressæ cladibus artes  
Quam iaceant, quam uix languida membra trahant  
Quod si non pudeat, quod res est ipsa, fateri  
Grandior hac studijs nulla ruina fuit  
Tanta quidem multi genuerunt uulnera, pauci  
Dignantur medicas applicuisse manus  
Nunc tamen ex paucis Vrbs Norica prima fuit  
Que Musarum animas non paterere mori  
Que uelut exulibus patriam repararis, habetq;  
Te duæ speratam naufraga puppis humum  
Que tibi quicquid adhuc habuit Germania laudis  
Adferis, & toti quod fuit una tenes



Quæsieris quæ causæ subest non uana profecto  
Quæ tibi uersiculis nota duobus erit  
Concordi sapiens quæ regnat in urbe senatus  
Nullius hæc ueræ laudis egere potest  
Macti igitur quos laudis amor, quos uera moratur  
Gloria, quæ cupidis monstret aperta uia est  
Hic tibi quisquis amas sacri penetralia regni  
Quas petis expositas hospes habebis opes  
Hic tibi Musarum sacraria tota pateſcent  
Hic tibi tota sacri copia fontis erit  
Quid morer inuolucris? exclusas omnibus artes  
Huc uelut in patriam se retulisse uides  
Sed fuerint nimis suspectæ in carmine laudes  
Res tibi quod reliquum est ipsa probabit opus  
Quod nisi sponte petis, quod si potes esse monendus  
Quid superest præter condoluisse tibi  
Sed nisi te ratio prorsus diuersa moretur  
Oblata cupies conditione frui  
Ianua quandoquidem patet omnibus ista, potestq;  
Quisq; agere ætatis pro ratione suæ  
Hic elementa feres ornande prima iuuentæ  
Nam meret hic pulchro munere lingua triplex  
Rhetoriæ nostri uernabunt floribus horti  
Nec minima illustris pars erit ista Scholæ  
Diuina cupies excellere posse Matheſi  
Causa nocens uoto non erit ulla tuo  
Quid memorem cultam, cœlestia dona potesime

Sola hæc diuini nominis instar habet  
Illa uoluptates & gaudia blanda inuentæ  
Hæc senio pacem conaliare potest  
Nec tibi iam sæalis aptus Dialecticæ decrit  
Mûsica nec blandum fundere docta melos  
Deniq; quascunq; ingenium coluisse per artes  
Expetis est præsens copia facta tibi  
Nec tibi sumendus labor est aliena petendi  
Quæ peregre cupias Noricæ regna dabunt  
Tu modo ne dubita mæsi submittere falcem  
Qui tibi iam pulchro fœnore surgit ager  
Heu frustra uiridis florem triuisse inuentæ  
Neue uides fructum non peperisse, Vale

IN INVIDVM LEVISS. ERROREM  
uicij nomine calumniantem Eob. Hesi Carmen.

**D**eflebam querula studiorum uoce ruinam  
Nuper & ingenijs tempora iniqua bonis  
Omnibus ex animo poteram lugere uideri  
Non aliqua uersus commoditate trahi  
Publica mouerunt animo peccata dolorem  
Nullaq; priuati cura laboris erat  
Testis es, & satis est uno te teste Melanchthon



Musa dolens uni nostra loquuta tibi est  
Exadit incauto, nec uerba, sed ipsa uidenti;  
Pondera, quod posses arripere liuor edax  
Quod tamen excuset bonus omnis, & esse ferendum  
Iudicat, haud stimulo confodiente notet  
Cuius & haud pudeat uersus ratione remota  
Nunc secura sui Musa ligabat opus  
Atq; ita dum nimio lasauit copia fluxu  
Versibus e multis longior unus erat  
Sic tamen errauit, pede sic deliquit in uno  
Ut facile in cursum Musa redire queat  
Atq; ea confiso si in corpore menda fuisset  
Difficilis fuerat restituisse labor  
Nunc bona dum properat plus quam formosa uideri  
In cultu uicium non uidet esse suo  
Viderat hanc toties luxu praediuite cultam  
Inuidus, & cultae, quas uidet, odit opes  
Nec mora prostantem limis obseruat ocellis  
Protulit incautum longius illa pedem  
Arripit hanc, culpaeq; ream facit, instat & urget  
Et laqueum, causa si cadat, ipse parat  
Nunc age censurae campum subeamus apertum  
Stemus inoffensi iudicis ante pedes  
Inuide quae ratio est, cum tu nihil edere possis  
Quod placeat, tantum cur aliena notes?  
Et bona cum uideas doleasq; ea multa uidendo  
Obserues tantum si qua mala inuenias?

Nimirum hæc natura tua est moestissime liuor  
Ad uicæ exultis, ad bene facta doles  
Cumq; quod arrodas nihil obtigit, effluvis eger  
Sensibus, & tristi pectore uulnus alis  
Heu quanto steriles de pasceris igne medullas  
Dum furis, & soli carnisfana tibi es  
Quâm miser, ah quali traiectus pectora telo  
Nutris Idalio sæuius igne malum  
Oscula & amplexus miseros solantur amantes  
Hanc curare luem nulla medela potest  
Que quia sana tibi res & te digna uidetur  
Dij faciant semper liuidus esse queas?  
Nunc ut cœpta sequar, dum carmina nostra uideres  
Improbe, cur uni displicuere tibi?  
Cur, tibi uulgatos inter tot milia uersus  
Hic oculi, hic tantum cur tibi nasus erat?  
Cur quia carpebas unum non multa ferebas  
Laudibus? at laudem nos meruisse negas?  
Hoc age, perge, nega talis, quis laudis auarus  
Est adeo ut uocis possit egere tuæ?  
Carmina iamdudum laudant mea, qualibus ipse  
Laudatæ Aonides uocibus esse uolent  
Atq; ut gloriolæ tribuam hoc te propter inani  
Nuper in hoc doctis ordine primus eram  
Qui fuerint si forte rogas, hunc uade rogatum  
Ad quem de studijs nostra querela data est  
Vade roga quâm lam patet Germania, cui nam



In uersu palmam tempora nostra ferant  
Glorior inuitus, sed enim tu cogis ineptum  
Me fieri, & pleno, quod pudet, ore loqui  
Parce tamen causam ingenij, pie lector, agenti  
Si potes, & falso se credidisse faue  
Non ego defendam delatæ crimina culpæ  
Quamuis non aliqua hic culpa, sed error erat  
Illud agam, partes quas aduersarius urget  
Ostendam uicij quàm sine fronte notet  
Summa erat, in uersum pede plus inuicimus uno  
Quàm decuit, causam vulneris huius habes  
Excusata prius male autæ opia Musæ  
Erroris ueniam debet habere sui  
Nempe merebatur quoniam sine teste fatetur  
Nec uiâo lapsam quod probet hostis habet  
Ipsa quod urgebat causis intentæ negotiæ  
Quid mirum properans si labat inter opus  
Sic credidit tamen ut sine labe resurgere possit  
Si cadere est certos non habuisse pedes  
Atq; utinam paucæ casu peiore ferantur  
Tu quoq; cum paucis nomen habere uoles  
Et tua cum prostent nuxæ putidiora peresa  
Audes de nostris æu rata censa loqui  
Cum nos iudicio plusquam frigente lassas  
Doctorum in numero uis tamen esse miser  
Ut modo considerim, facilis reparatio damni est  
Quod sarare iterum qui dedit ipse potest

**E**t super ipse fui, & sum nunc quoq; qui dedit, idem  
Errori poterat consuluisse suo  
**E**t quot scripta hodie reuocantur & altera fiunt;  
Et uia iam multis tutior illa fuit  
**A**dde quod ex omni tam nemo est parte beatus  
Ut nunquam peccet, sed bene semper agat  
**Q**ui dormire bonum nonnunquam dixit Homerum  
Iudicio stulte dixerit ille tuo  
**N**ec placet hoc tibi, longo operi subrepere somnum  
Quando oculis Argi solus ubiq; uidet  
**A**t paruum quod tu scribebas est opus, inquis  
Qui scis tu cuius pars sit, & unde fluat?  
**A**tqui uir bonus es, arte uis esse uideri  
Erroris pietas admonuisse fuit  
**H**oc erat officium quod te decuisse putarim  
Non ita de immerito noxia uerba loqui  
**Q**ui facile arreptum quouis de crimine uulgo  
Traduat, rogo te qui bonus esse potest  
**P**rodit enim longa inuidia se peste teneri  
Dum malus ipse, bonis inuidet omne bonum  
**Q**ui bonus est quacumq; studet ratione mederi  
Et uida ut fuerint maxima, parua uocat  
**C**ontra qui malus est quæ per se parua fuerunt  
Maxima persuasus ut uideantur agit  
**E**rgo uides quam te pingam tibi imagine uera  
Conueniat proprie quam color iste tibi  
**Q**uod si frontis inest quicquam tibi, si pudor ullus



Non poterit te non poenituisse tui  
Nam quem non pudeat tam se genio esse maligno  
Nomina quod nequeat se meliora pati  
Quod si forte tumes animo confisus et audes,  
Congredere, est luctæ strata palestra tue  
Nunc age responde, si non pudet ædere nomen  
Quod mihi adhuc certum est dissimulare tuum  
Quod nisi te reuocas, nisi desinis esse molestus  
Immortale uoles nomen habere æue  
Hoc tamen interea non falsi munus amicitie  
Quo tua soleris uulnera, Carmen habe.

Quisquis es lector qui in querelam nostram de oca-  
su studiorum ad Ph. Melanchthonem scriptam ac nuper  
hic inuulgatā uel in adisti iam, uel casu aliquo in posterū  
inades. Satis ob nimiam festinationem, qua opus illud ur-  
gebamus, nulla prorsus ignorantia sed sola incuria nos es-  
se lapsos in hoc uersu.

Puræ rusticitatis ut exemplo satis ipse reliquit

Quem sic emendes rogamus

Puræ rusticitatis ut exemplo ipse reliquit

Hec si erat illa Helena propter quam tantopere no-  
bis erat depugnandum. Sed tu mi lector illi culpam hanc  
adscribito qui initium introduxit.

APVD INCLYTAM NORIMBER-

gam Imprimebat Fridericus Arthemisius.

M. D. XXVI. Mense Octobri.

